



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 55. Concilium Constantinopolitanum sub Menna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. A. C. 536. ordinetur. Item petunt, ut Papa ex Civitate Constantinopolitana ejici jubeat tanquam viros jam diu ante damnatos Severum, Petrum & Zoaram pluresque alios Episcopos, Presbyteros & Monachos tam Nestorianos quam Eutychianos, quos suo loco & tempore nominaturi essent. Huic Libello subscripserunt Abbates nonaginta sex, plerique Constantinopolitani aut ex locis circumjacentibus, aliique ex Palæstina & Syria, nam aliqui litteris Syriacis signarunt. Agapitus Papa hos Libellos ad Imperatorem misit; sed ecce! priusquam Res conficeretur, incidit in morbum, & mortuus est, 22. April. ejusdem anni 536. Pontificatus sui Mense decimo.

Lib. c. 22.

Lib. Pent.

Obiit itaque Constantino- poli, cum in eo esset, ut omnia necessaria ad reditum suum in Italiam pararet, postquam Pelagium Diaconum Apocri- siarii sui munus apud Imperatorem obire jussisset. Corpus ejus Romam transla- tum, & ad S. Petrum sepultum est. Aga- pitus una Ordinatione Diaconos quatuor & Episcopos undecim creavit.

§. LV.

*Concilium Constantinopolitanum sub
Menna.*

Imperator Justinianus, ut ea, quæ Aga- pitus inceperat, perficerentur, & Schis- mati-

maticorum causa finiretur, Concilium ^{Sæculum VI.}
Constantinopoli congregari iussit. ^{A. C. 536.} Ses-

sio prima Sexto Nonas Maji post Confu-
latum Belisarii Indictione decima quarta
id est secunda die Maji anno 536. cele-
brata. Huic Concilio Mennas præerat. *to. 5. init.*

Ad ejus dexteram primo sedebant quin-
que Episcopi ex Italia, qui tanquam Aga-
piti Papæ Legati Constantinopolim ve-
nerant. Ad sinistram primus sedebat
Hypacius Ephesinus. Universim in hoc
Concilio quinquaginta duo Episcopi ade-
rant. Proximo loco deinde erant Dele-
gati ab absentibus; primo quidem & se-
paratim Delegati Ecclesiæ Romanæ, nam
quinque illi Episcopi Italiæ Nomen totius
Occidentalis Ecclesiæ præferebant. Pro
Delegatis autem habebantur Clerici quos
Agapitus secum adduxerat, atque inter
alios Pelagius Diaconus. Deinde sede-
bant Delegati Ephrem Patriarchæ Antio-
cheni, Petri Patriarchæ Jerosolymitani,
Soterici Archiepiscopi Cæsariensis in
Cappadocia, Elpidii Ancyrani, Photii
Corinthii. Clerici Constantinopolitani
quoque Concilio intererant. Sed nemo
Nomine Ecclesiæ Alexandrinæ ob turbas, *Sup. §. 21.*
quibus agitabatur, adfuit.

Omnibus suo loco confidentibus, in- *p. 7.*
troducuntur Abbates, qui Imperatori Li-
bellum obtulerant. Cum ipsis Theodo-
rus Referendarius, illum Libellum Patri-

Sæculum VI. bus afferre jussus, intravit. Abbates
A. C. 536. Constantinopolitani erant quinquaginta
 quatuor; unde judicare Lector possit,
 quantus Monasteriorum numerus in hac
 magna Civitate & vicinia fuerit. Pri-
 mus erat Marianus Abbas S. Dalmatii.
 Secundus Agapitus Abbas Diensis. An-
 tiochia, id est, ex secunda Syria, unde-
 cim advenerant, quorum primus fuit Pau-
 lus ex Monasterio S. Maronis Delegatus.
 Ex Palæstina aderant Novemdecim Duce
 Domitiano Monasterii S. Martyrii Abba-
 te. Aliqui ex monte Sinai, & *Raitba*
 venerant. Abbates & Delegati univer-
 sim octoginta septem fuere.

Abbates.

p. II.

Patres jusserunt Abbatum Libellum
 legi. Is accusationes contra Anthimum,
 Severum, Petrum & Zoaram continebat,
 illis ferme similes, quæ in Libellis Aga-
 pito Papæ traditis legebantur. Anthi-
 mum accusant, quod relicta jam diu Ec-
 clesia sua Trapezuntina falsa ascetica vi-
 tæ specie hominibus imposuisset. Tum
 oratione ad Imperatorem directa dicunt:
*Quamvis hos Schismaticos pellere potuisses,
 Laude tamen dignus es, quod volueris, ut
 secundum Canones judicarentur ab Archi-
 episcopo antiquæ Romæ, quem Deus huc
 ad nos misit, sicut olim S. Petrum Romam
 Simonis præstigias dissipaturum. Igitur
 supplices a te petimus, ut Papæ Sententiam
 executioni dari jubeas, & Ecclesiam ab
 Anthi-*

Anthimo cæterisque istis Hæreticis libe- Sæculum VI.
res. Tum Episcopi Italiæ & Sacræ Se- A.C. 536.
 dis Legati Libellos duos Agapito Papæ
 tam ab Abbatibus quam ab Episcopis tra- p. 22.
 ditos, & Epistolam Synodalem Agapiti,
 ad Petrum Jerosolymitanum datam, le-
 gendam obtulerunt. Ut huic Epistolæ
 fieret satis, Mennas Mandatarios consti- p. 47.
 tuit, qui Anthimum quærent, quæ acta
 essent significarent, & citarent, ut post
 dies tres in Concilium veniret. Hic fuit
 Sessionis primæ finis.

sessio
 Sessio secunda post quatrimum, sci-
 licet, sexta Maji anno 536. celebrata.
 Mandatarii retulerunt, quod Anthimum
 in omnibus locis, in quibus ipsum inve-
 niendi spes fuisset, perquisivissent, sed,
 ubi esset, detegere non potuissent. Ad
 hoc Mennas Patriarcha dixit: *etsi An-* p. 58.
thimi voluntas in Concilium non veniendi
satis pateat, nihilominus ut Jesu Christi
lenitatem imitemur, iterum trium dierum
moram ei concedimus. Et alios Manda- Sessio
 datarios delegavit, qui postquam decima secunda.
 Maji, quid egissent, retulissent, Patriar- p. 66.
 cha tertio moram concessit, & rursus alios p. 71.
 misit Mandatarios. Tum ne ullus igno-
 rantiam obtendendi locus Anthimo relin-
 queretur, jussit publice affigi Monito-
 rium, in quo Inquisitio, & Citatio conti-
 nebantur.

Sæculum VI. Singulis Citationibus dies tres dati
A. C. 536. fuerant, & septem dies Monitorio, itaque
 ad Sessionem quartam demum 21. Maji
 p. 78. convenerunt. Mandatariis referentibus
 quod diligenter perquisivissent, nec ta-
 men, ubi Anthimus lateret, potuissent
 p. 82. explorare, & Monitorium fixissent, Men-
 nas Patriarcha Patrum Sententiam exqui-
 sivit, & primo quidem Romanorum, de-
 p. 86. inde reliquorum in Concilio presentium.
 Tum Hypacius Ephesinus jubente Con-
 cilio pronunciavit; reum esse Anthi-
 mum, & violasse Canones, cum se ab
 una Sede ad aliam transferri consen-
 sisset, in Religionem quoque peccasse,
 cum secreto tueatur Hæresin Eutychem,
 & Ecclesiarum Pacem, quam reducere
 tantæ molis fuerat, turbare adnitatur,
 contra datam Imperatori fidem, & pol-
 litationem in suis epistolis Patriarchis
 factam, se in omnibus Sacræ Sedis Sen-
 sum secuturum. Sufficiens tempus Pœ-
 nitentiæ ipsi concessum, jam tandem in
 errore contumaciter perseverantem se-
 cundum Papæ Sententiam Episcopatu
 Trapezuntino & Christianorum Commu-
 nione esse privandum. Patriarcha ita-
 que judicium his consentaneum tulit.
 p. 90. Tunc vero confurgentibus Patribus Ori-
 entales & quidam alii sæpius acclama-
 runt, postulantes ut simul Severus, Pe-
 trus & Zoara anathematizarentur. *Eji-
 cite,*

cite, clamabant, *impios, qui in Domibus* Sæculum VI.
privatorum baptizant! destruite Zoaræ A.C. 536.
speluncam! incendite Hæreticorum lati-
bula! ut quid Petrus Monasteria habet,
omnis generis Hæreticorum receptacula?
 Rogabat Patriarcha importunos ut ex-
 pectarent, donec Imperatoris volunta-
 tem explorasset. Hunc finem sortita est
 Sessio quarta, cui septuaginta & unus
 Episcopus subscripserunt. Latini sub-
 scripserunt Latine, Græci Græce & Syri
 numero quadraginta Syriace.

§. LVI.

Severus, Petrus & Zoara damnantur.

Ad Sessionem quintam quarta Junii an-
 no 536. conventum. Theodorus Re- p. 100.
 ferendarius Libellos Imperatori ab Epis- p. 107.
 copis secundæ Syriæ, Abbatibus Constan-
 tinopolitanis & quibusdam Jerosolymita-
 nis traditos attulit. His legi jussis &
 Referendario Imperatoris recedente, p. 118.
 lecta est etiam Epistola Monachorum ad
 Patriarchas Romanos & Concilium dire-
 ctam. In ea dicebant, Sententia in An-
 thimum pronunciata, jam cogi se etiam
 accusare Severum & Petrum, qui totum
 Orientem perturbassent. Hic ipsorum
 crimina, superius memorata, referunt, Sup. XXXI
 & petunt, ut Severus & Petrus Anathe- §. 45. 46.
 mate percutiantur, Imperator vero ro- p. 126.

Nn 5 getur,